

IV GAVĒNIOS „LĀTARE“ SEKMADIENIS

Lētare (džiaukis); džiūgaujame dėl to, kad, praėję pirmąjį Gavėnios etapą, jau ragaujame Velykų džiaugsmo, kylančio iš Kristaus Kryžiaus. Šios dienos pamaldos persmelktos džiaugsmo. Jos piešia mums nuostabų naujosios Jeruzalės – žemiškosios Bažnyčios ir dangiškojo miesto paveikslą. Savo Laiške šv. Paulius alegoriškai kalba apie Hagarą ir Sarą, simbolizuojančias sinagogą ir Bažnyčią, ir aiškina garsiąsias eilutes iš Išėjimo knygos (16; 21, 1–21), sakydamas, kad išganymo darbe visas paremta Dievo dovana, „pažadų“. Krikščionys, žydų įpėdiniai, yra tikrieji šio pažado paveldėtojai. Evangelija pasakoja apie duonos padauginimą, simbolizuojantį Eucharistiją – Velykų slėpinį, kuris pažadėtas pakrikštytiems.

Bažnyčiai didis džiaugsmas turėti šias dovanas, matyti, kaip jos nuolat atsinaujina, ir galėti jas perduoti žmonėms. Kupina tokių minčių ir įtemptai laukdama Velykų, būdama pusiaukelėje į jas, Bažnyčia kviečia mus ieškoti paguodos gydančioje malonės galioje (kolekta). Rausvas kunigo rūbas, vargonų muzika, gėlės ant altoriaus – visa tai pabrėžia Bažnyčios džiaugsmą, kuris atsispindi šios dienos Mišių giesmėse, introite, graduale ir kt.

Introitus

Is. 66, 10 et 11. Lētāre, Ierúsalem: et convéntum fácite omnes qui dilígitis eam: gaudéte cum lētítia, qui in tristítia fuístis: ut exsultétis, et satiémini ab ubéribus consolatiónis vestræ.

Ps. 121, 1. Lētátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.

Collecta

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui ex mérito nostræ actiúnis affligimur tuæ grátiae consolatiónē respíremus. Per Dómi-

Introitas

Iz 66, 10 ir 11. Džiaukis, Jeruzale, ir sueikite visi, kurie ją mylite; džiaukitės ir linksminkitės, kurie liūdesy buvote, kad šokinėtumėte iš džiaugsmo ir būtumėte pasotinti savo paguodos krūtų.

Ps 121, 1. Apsidžiaugiau tuo, kas man pasakyta: į Viešpaties namus eisime.

Kolekta

Meldžiame Tave, visagali Dieve, suteik, kad mes, kurie esame pelnytai savųjų veiksmy slegiami, alsumume Tavosios malonės paguoda.

num nostrum...

Epistola

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. (Gal. 4, 22–31)

Fratres: Scriptum est: Quóniam Abrahám duos filios hábuit: unum de ancílla, et unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est: qui áutem de líbera, per repromissionem: quæ sunt per allegoríam dicta. Hæc enim sunt duo testaménta. Unum quidem in monte Sina, in servitútem génerans: quæ est Agar: Sina enim mons est in Arábia, qui coniúctus est ei, quæ nunc est Ierúsalem, et servit cum fíliis suis. Illa áutem, quæ sursum est Ierúsalem, líbera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætáre stérilis, quæ non parit: erúmpe, et clama, quæ non párturis: quia multi fílii desértæ, magis quam eius, quæ habet vírum. Nos áutem, fratres, secúndum Isaac promissionis fílii sumus. Sed quómodo tunc is, qui secúndum carnem, natus fúerat, persequébatur eum qui secúndum spíritum: ita et nunc. Sed quid dicit Scriptúra? Éiice ancíllam, et fílium eius: non enim heres erit fílius ancíllæ cum fílio líberæ. Itaque, fratres, non sumus ancíllæ fílii, sed líberæ: qua libertáte Christus nos liberávit.

Per mūsu Viešpatį...

Epistolė

Skaitinys iš apaštalo Pauliaus Laiško galatams. (Gal 4, 22–31)

Broliai: Juk parašyta, kad Abraomas turėjo du sūnus: vieną iš vergės, o kitą iš laisvosios. Bet vergės sūnus buvo gimęs pagal kūną, o laisvosios – pagal pažadą. Tai pasakyta perkeltine prasme: tiedvi moterys – tai dvi Sandoros. Viena prie Sinajaus kalno sudaryta, gimdanti vergystei: ją reiškia Hagara. Hagara – tai Sinajaus kalnas Arabijoje; ji atitinka dabartinę Jeruzalę, nes šioji vergauja su savo vaikais. Bet aukštybių Jeruzalė laisva, ir ji yra mūsų motina, nes parašyta: „Pralinksmėk, nevaisingoji, kuri negimdei! Šūkiau ir džiūgauk, nepažinusi kentėjimų! Nes apleistoji turi daug vaikų, daugiau negu turinčioji vyrą.“ Jūs, broliai, esate pažado vaikai nelyginant Izaokas. Bet kaip tada gimusis pagal kūną persekiojo gimusį pagal dvasią, taip ir dabar. O ką gi sako Raštas? – „Išvaryk vergę ir jos sūnų, nes vergės sūnus negaus palikimo kartu su laisvosios sūnumi.“ Štai kodėl, broliai, mes nesame vergės vaikai, bet laisvosios.

Graduale

Ps. 121, 1 et 7. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. **V.** Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

Tractus

Ps. 124, 1–2. Qui confídunt in Dómino sicut mons Sion: non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem. **V.** Montes in circúitu eius: et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in sæculum.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Ioánnem. (Ioann. 6, 1–15)

In illo témpore: Ábiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberíadis: et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa, quæ faciébat super his, qui infirmabántur. Súbiit ergo in montem Iesus: et ibi sedébat cum discípulis suis. Erat áutem próximum Pascha, dies festus Iudæórum. Cum sublevásset ergo óculos Iesus, et vidísset quia multitúdo maxima venit ad eum, dixit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc áutem dicébat tentans eum: ipse enim sciébat quid esset factúrus. Respóndit ei Philíppus: Ducentórum denariórum panes non suffíciunt eis, ut unusquisque módicum quid accípiat.

Gradualas

Ps 121, 1 ir 7. Apsidžiaugiau tuo, kas man pasakyta: į Viešpaties namus eisime! **V.** Tebūna ramybė tavo stiprybėje ir gausa tavo bokštuose.

Traktas

Ps 124, 1–2. Kas viliasi Viešpačiu, yra kaip Siono kalnas: nebus pajudintas per amžius, kas gyvena Jeruzalėje. **V.** Kalnai jos apsuptyje ir Viešpats savosios tautos apsuptyje – nuo štai dabar iki amžių pabaigos.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 6, 1–15)

Anuo metu: Jėzus nuvyko anapus Galilėjos, arba Tiberiados, ežero. Jį lydėjo didelė minia, nes žmonės matė stebuklus, kuriuos jis darė ligoniams. Jėzus užkopė į kalną ir ten atsisėdo kartu su mokiniais. Artėjo žydų šventė Velykos. Pakėlęs akis ir pamatęs, kokia daugybė pas jį atėjusi, Jėzus paklausė Pilypą: „Kur pirsime duonos jiems pavaldinti?“ Jis klausė mėgindamas jį, nes pats žinojo, ką darysiąs. Pilypas jam atsakė: „Už du šimtus denarų duonos neužteks, kad kiekvienas gautų bent po gabalėlį.“ Vienas iš mokinių, Simono Petro brolis Andriejus, jam pasakė: „Čia yra berniukas, kuris turi penkis

Dicit ei unus ex discipulis eius, Andréas frater Simónis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeáceos, et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus: Fácite hómines discumbere. Erat áutem fænum multum in loco. Discubuérunt ergo viri, número quasi quinque míllia. Accépit ergo Iesus panes, et cum grátias egísset, distríbuit discumbéntibus: simíliter et ex píscibus quantum volébant. Ut áutem impléti sunt, dixit discipulis suis: Collígite quæ superavérunt fragménta, ne péreant. Collegérunt ergo, et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis, quæ superfuérunt his, qui manducáverant. Illi ergo hómines cum vidíssent quod Iesus fécerat signum, icébant: Quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum. Iesus ergo cum cognovísset, quia ventúri essent ut ráperent eum, et fácerent eum regem, fugit íterum in montem ipse solus.

Offertorium

Ps. 134, 3 et 6. Laudáte Dóminum, quia benígnus est: psállite nómini eius, quóniam suávis est: ómnia quæcúmque vóluit, fecit in cælo et in terra.

Secreta

Sacrificiis præsentibus, Dómine,

miežinės duonos kepalėlius ir dvi žuvis. Bet ką tai reiškia tokiai daugybei!“ Jėzus tarė: „Susodinkite žmones!“ Toje vietoje buvo daug žolės. Taigi jie susėdo, iš viso kokie penki tūkstančiai vyrų. Tada Jėzus paėmė duoną, sukalbėjo padėkos maldą ir davė išdalyti visiems ten sėdintiems; taip pat ir žuvų, kiek kas norėjo. Kai žmonės pavalgė, jis pasakė mokiniams: „Surinkite likusius kąsnelius, kad niekas neprაžūtų.“ Taigi jie surinko ir iš penkių miežinės duonos kepalėlių pripylė dvylika pintinių gabaliukų, kurie buvo atlikę nuo valgiusiųjų. Pamatę Jėzaus padarytą ženklą, žmonės sakė: „Jis tikrai yra tas pranašas, kuris turi ateiti į pasaulį.“ O Jėzus, supratęs, kad jie ruošiasi pasigriebti jį ir paskelbti karaliumi, vėl pasitraukė pats vienas į kalną.

Ofertorijus

Ps 134, 3 ir 6. Šlovinkite Viešpatį, nes jis geras, giedokite giesmę jo vardui, nes jis saldus: visa, ko tik nori, daro danguje ir žemėje.

Sekreta

Pažvelk meilingai, Viešpatie, į šias

quæsumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dóminum nostrum...

Præfatio de Quadragesima

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vitia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationés, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítiti iúbeas, deprecámur, súplici confessiόne dicétes: Sanctus.

Communio

Ps. 121, 3–4. Ierúsalem, quæ ædificátur ut civitas, cuius participatió eius in idípsum: illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo, Dómini.

Postcommunio

Da nobis, quæsumus, miséricors Deus: ut sancta tua, quibus incessánter explémur, sincéris tractémus obséquiiis, et fidéli semper mente sumámus. Per Dóminum nostrum...

aukas, kad jos pasitarnautų mūsų pamaldumui ir išganymui. Per mūsų Viešpatį...

Gavėnios prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Kuris kūnišku pasninku ydas sutramdai, sielą pakylėji, tvirtybę ir dovanas dosniai dalini per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

Komunija

Ps 121, 3–4. Jeruzalė pastatyta lyg miestas, suaustas tvirtai į viena. Kopia į ją giminės – Viešpaties giminės, – kad padėkotų tavo vardui, Viešpatie.

Postkomunija

Meldžiame Tave, gailestingasis Dieve, suteik mums, kad Tavuosius šventuosius Sakramentus, kuriais nepaliaujamai esame sotinami, nuširdžiais atsidavimais brangintume ir visada ištikima siela priimtume. Per mūsų Viešpatį...

PIRMADIENIS PO IV GAVĖNIOS SEKMADIENIO

Šios dienos Evangelijoje Jėzus pranašauja savo mirtį ir prisikėlimą. Jis yra Šventykla, kuri bus sugriauta ir atstatyta per tris dienas. Šis neiprastas šventyklos, kuri yra Jis pats, palyginimas su Jeruzalės šventykla, kurioje Jis tuo metu buvo, rodo, kad mūsų Viešpats giliai suvokė per Jį turėjusią įvykti Atpirkimo paslaptį. Skaitinyje kalbama apie Saliamono teismą – teisingumo simbolį, kuriuo vadovavosi ir Kristus.

Introitus

Ps. 53, 3–4. Deus, in nómine tuo salvum me fac, et in virtúte tua líbera me: Deus, exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe verba oris mei.

Ps. 53, 5. Quóniam aliéni insurrexérunt in me: et fortes Quæsiérunt ánimam meam.

Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus et mente. Per Dominum nostrum...

Lectio

Léctio libri Regum. (3 Reg. 3, 16–28)

In diébus illis: Venérunt duæ mulieres meretrices ad regem Salomónem, steterúntque coram eo, quarum una ait: Obsecro, mi dómine: ego et múlier hæc habitábamus in domo una, et péperi apud eam in cubículo. Tértia autem die postquam ego péperi, péperit et hæc: et erámus

Introitas

Ps 53, 3–4. Dieve, gelbėk mane savo vardu ir išvaduok mane savo galybe. Dieve, išklausyk mano maldą, klausykis mano burnos žodžių.

Ps 53, 5. Svetimi žmonės sukilo prieš mane ir galingieji ieško mano gyvasties.

Kolekta

Meldžiame Tave, visagali Dieve, leisk mums kasmet pagarbiai atliekant šiuos šventus papročius, patikti Tau kūnu bei siela. Per mūsų Viešpatį...

Skaitinys

Skaitinys iš pirmosios Karalių knygos. (3 Kar 3, 16–28)

Anomis dienomis: Pas karalių Saliamoną atėjo dvi moterys paleistuvės ir jam prisistatė. Viena moteris tarė: „Prašyčiau, mano viešpatie! Ši moteris ir aš gyvename tuose pat namuose. Jai esant namuose, aš pagimdžiau kūdikį. Atsitiko, kad trečią dieną po to, kai aš pagimdžiau, ir ši

simul, nullúsque álius nobíscum in domo, excéptis nobis duábus. Mór- tuus est autem fílius muléris huius nocte: dórmíens quippe opprésit eum. Et consúrgens intempéstæ noctis siléntio, tulit fílium meum de látere meo ancíllæ tuæ dormiéntis, et collocávit in sinu suo: suum autem fílium, qui erat mór tuus, pósuit in sinu meo. Cumque surrexíssem mane, ut darem lac fílio meo, appáruit mór tuus: quem diligéntius íntuens clara luce, deprehéndi non esse meum, quem genúeram. Respondítque áltera múlier Non est ita, ut dicis, sed fílius tuus mór tuus est, meus autem vivit. E contráριο illa dicébat: Mentiris: fílius quippe meus vivit, et fílius tuus mór tuus est. Atque in hunc modum contendébant coram rege. Tunc rex ait: Hæc dicit Fílius meus vivit, et fílius tuus mór tuus est. Et ista respóndit: Non, sed fílius tuus mór tuus est, meus autem vivit. Dixit ergo rex: Affért mihi gládium. Cumque attulísset gládium coram rege: Divídite, inquit, infántem vivum in duas partes, et dat dimídiam partem uni, et dimídiam partem alteri. Dixit autem múlier, cuius fílius erat vivus, ad regem – commóta sunt quippe víscera eius super fílio suo: – Obsecro, dómíne, date illi infántem virum, et nolíte interfícere dum. E contráριο illa dicebat: Nec mihi nec tibi sit, sed diridátur.

moteris pagimdė. Mudvi buvome drauge. Kito žmogaus namuose su mumis nebuvo, tik mes dvi buvome namuose. Naktį šios moters sūnus mirė, nes ji miegodama jį nugulė. Atsikėlusi vidurnaktį, tavo tarnaitė miegant, ji paėmė mano sūnų iš mano pašonės ir pasiguldė jį sau prie krūtinės, o savo mirusį sūnų paguldė man prie krūtinės. Kai aš rytą atsikėliau savo sūnaus žindyti, žiūriu, jis negyvas. Bet kai jį iš arčiau ryto metą apžiūrėjau, man buvo aišku, kad jis nebuvo tas sūnus, kurį buvau pagimdžiusi.“ Bet kita moteris prakalbėjo: „Ne! Šis yra mano sūnus – gyvasis, o negyvasis yra tavo!“ O pirmoji kartojo: „Ne! Negyvasis sūnus yra tavo, o gyvasis sūnus yra mano!“ Taip juodvi ginčijosi karaliaus akivaizdoje. Tada karalius tarė: „Viena sako: „Šis yra mano sūnus – gyvasis“, – o kita sako: „Tai netiesa! Tavo sūnus yra negyvasis, o mano sūnus – gyvasis.“ Karalius tad įsakė: „Atneškite man kalaviją.“ Atnešus karaliui kalaviją, karalius tarė: „Padalykite gyvąjį vaiką į dvi dalis, duokite pusę vienai ir pusę kitai.“ Moteris, kurios sūnus buvo gyvasis berniukas, degdama meile savo sūnui, maldavo karaliaus. „Prašyčiau, mano viešpatie! – jį šaukė, – duoti jai gyvąjį vaiką! Tik jo neužmuškite!“ O kita reikalavo: „Tenebūna

Respóndit rex et ait: Date huic infántem vivum, et non occidátur: hæc est enim mater eius. Audívit itaque omnis Israel iudícium, quod iudicásset rex, et timuérunt regem, vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo ad faciéndum iudícium.

Graduale

Ps. 30, 3 et 70, 1. Esto mihi in Deum protectórem et in locum refúgii, ut salvum me fácias. **V.** Deus, in te sperávi: Dómine, non confúndar in ætérnum.

Tractus

Ps. 102, 10. Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

Ps. 78, 8–9. **V.** Dómine, ne memínis iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*) **V.** Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem. (Ioann. 2, 13–25)

In illo témpore: Prope erat Pascha

nei mano, nei tavo. Padalykite!“ Tada karalius atsakė: „Atiduokite pirmajai gyvajį berniuką, – jis tarė, – neužmuškite jo! Ji yra jo motina.“ Visas Izraelis išgirdo apie tokį karaliaus nuosprendį. Visi jautė pagarbą karaliui, nes matė, kad jis turėjo Dievo išmintį teisingumui vykdyti.

Gradualas

Ps 30, 3 ir 70, 1. Dieve, būk man globėju ir saugia pilimi, kad mane išgelbėtum. **V.** Tavimi, Viešpatie, pasitikiu, lai nebūsiu sugėdytas per amžius.

Traktas

Ps 102, 10. Viešpatie, ne pagal nuodėmes, kurias mes padarėme, ne pagal mūsų nusizengimus atlygink mums.

Ps 78, 8–9. **V.** Viešpatie, neatsimink mūsų senųjų kaltybių, veikiai tepasitinka mus tavo gailestingumas, nes mes pasidarėme be galo neturtingi. (*Čia priklaupijama.*) **V.** Padėk mums, Dieve, mūsų Gelbėtojau, ir dėl savojo vardo garbės, Viešpatie, išvaduok mus ir dovanok mūsų kaltybes dėl savojo vardo.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 2, 13–25)

Anuo metu: Artėjant žydų Vely-

Iudæorum, et ascendit Iesus Ierosolymam: et invenit in templo vendentes boves et oves et columbas, et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves quoque et boves, et nummulariorum effudit æs et mensas subvertit. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Respondérunt ergo Iudaei, et dixerunt ei: Quod signum osténdis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus et dixit eis: Sólvite templum hoc, et in tribus diébus excitábo illud. Dixerunt ergo Iudaei: Quadraginta et sex annis ædificátum est templum hoc, et tu in tribus diébus excitábis illud? Ille autem dicebat de templo córporis sui. Cum ergo resurrexisset a mórtuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, et crediderunt Scripturæ, et sermóni, quem dixit Iesus. Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nómine eius, vidéntes signa eius, quæ faciébat. Ipse autem Iesus non credebatur semetípsum eis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei non erat, ut quis testimónium perhibéret de hómine: ipse enim sciebat, quid esset in hómine.

koms, Jėzus nukeliavo į Jeruzalę. Šventykloje jis rado prekiaujančių jaučiais, avimis, balandžiais ir prisėdusių pinigų keitėjų. Susukęs iš virvučių rimbą, jis išvijo visus juos iš šventyklos, išvarė avis ir jaučius, išbarstė keitėjų pinigus, išvartė jų stalus. Karvelių pardavėjams jis pasakė: „Pasiimkite savo paukščius ir iš mano Tėvo namų nedarykite prekybos namų!“ Jo mokiniai prisiminė, kad yra parašyta: Uolumas dėl tavo namų sugrauš mane. Tuomet žydai kreipėsi į Jėzų, sakydami: „Kokį ženklą mums galėtum duoti, jog turi teisę taip daryti?“ Jėzus atsakė: „Sugriaukite šitą šventovę, o aš per tris dienas ją atstatysiu!“ Tada žydai sakė: „Keturiasdešimt šešerius metus šventovę statė, o tu atstatysi ją per tris dienas?!“ Bet jis kalbėjo apie savo kūno šventovę. Tik paskui, jam prisikėlus iš numirusių, mokiniai prisiminė jį apie tai kalbėjus. Jie įtikėjo Raštu ir Jėzaus pasakytais žodžiais. Per Velykų šventes, jam būnant Jeruzalėje, daugelis įtikėjo jo varda, matydami jo daromus ženklus. Bet Jėzus, gerai visus pažindamas, jais nepasitikėjo. Jam nereikėdavo, kad kas paliudytų apie žmogų. Jis pats žinojo, kas yra žmogaus viduje.

Offertorium

Ps. 99, 1–2. Iubiláte Deo, omnis terra, servíte Dómino in lætítia: intráte in conspéctu eius in exsultatióne: quia Dóminus ipse est Deus.

Secreta

Oblátum tibi, Dómine, sacrificium vivíficet nos semper et múniat. Per Dominum nostrum...

Præfatio de Quadragesima

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vitia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationés, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítteri iúbeas, deprecámur, súplici confessiόne dicéntes: Sanctus.

Communio

Ps. 18, 13 et 14. Ab occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliéinis parce servo tuo.

Postcommunio

Sumptis, Dómine, salutáribus sacraméntis: ad redemptiόnis ætérnæ,

Ofertorijus

Ps 99, 1–2. Džiūgauk Dievui, visa žeme, tarnauk Viešpačiui kupina džiaugsmo. Stokite džiaugdamesi jo akivaizdon, nes Viešpats yra Dievas.

Sekreta

Viešpatie, Tau atnašaujamoji auka mus nuolatos tegaivina ir tesaugo. Per mūsų Viešpatį...

Gavėnios prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Kuris kūnišku pasninku ydas sutramdai, sielą pakylėji, tvirtybę ir dovanas dosniai dalini per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

Komunija

Ps 18, 13 ir 14. Apvalyk mane, Viešpatie, nuo nematomų nuodėmių ir gink savo tarną nuo kitų.

Postkomunija

Mes meldžiame Tave, Viešpatie, kad priimtas Švenčiausiasis Sakra-

quæsumus, proficiámus augméntum. Per Dominum nostrum...

Oratio super populum

Humiliáte cápita vestra Deo.

Deprecatióem nostram, quæsumus. Dómine, benígnus exáudi: et, quibus supplicándi præstas afféctum, tribue defensiónis auxiliúm. Per Dominum nostrum...

mentas padidintų mumyse amžinojo išganymo malonę. Per mūsų Viešpatį...

Oracija už žmones

Nusilenkite Dievui.

Meldžiame Tave, Viešpatie, maloningai išklausyk mūsų maldavimus ir suteik savo pagalbą tiems, kuriems dovanojai galią prašyti. Per mūsų Viešpatį...

ANTRADIENIS PO IV GAVĖNIOS SEKMADIENIO

Mozė susidurdavo su pasipriešinimu ir maištu, bet Dievas, jo prašomas, dovanodavo atleidimą jo tautai (skaitinys). Jėzus, atsakydamas į savo priešininkų priekaištus, rėmėsi Mozės įstatymu ir dėl to kilo sumaištis; tačiau Jam nepavyko atversti jų širdžių. Jų atstumtas, Jis sukūrė naują tautą, kuriai, kaip ir Mozei, tapo Vadovu ir Tarpininku, tikroju Gelbėtoju.

Introitus

Ps. 54, 2–3. Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam: inténde in me et exáudi me.

Ps. 54, 3–4. Contristátus sum in exercitatióne mea: et conturbátus sum avoce inimíci et a tribulatióne peccatóris.

Collecta

Sacræ nobis, quæsumus, Dómine, observatiónis ieiúnia: et piæ conversationis augméntum, et tuæ propitiatiónis contínuum præstent auxiliúm. Per Dominum nostrum...

Introitas

Ps 54, 2–3. Išklausyk, Dieve, mano maldą ir nepaniekink mano prašymo. Pažvelk į mane ir išklausyk mane.

Ps 54, 3–4. Aš blaškaus suspaudime, esu neramus dėl priešo balso ir dėl nusidėjėlio varginimo.

Kolekta

Meldžiame Tave, Viešpatie, kad šventoji atgaila padidintų tikėjimo uolumą ir nuolatos išprašytų Tavo gailingą pagalbą. Per mūsų Viešpatį...

Lectio

Lectio libri Exodi. (Exod. 32, 7–14)

In diébus illis: Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Descénde de monte: peccávit pópulus tuus, quem eduxísti de terra Ægýpti. Rece-ssérunt cito de via, quam ostendísti eis: fecerúntque sibi vítulum conflá-tilém, et adoravérunt, atque immo-lántes ei hóstias, dixérunt: Isti sunt dii tui, Israël, qui te e duxérunt de terra Ægýpti. Rursúmque ait Dóminus ad Móysen: Cerno, quod pópulus iste duræ cervícis sit: dimítte me, ut irascátur furor meus contra eos, et déleam eos, faciám-que te in gentem magnam. Móyses autem orábat Dóminum, Deum suum, dicens: Cur, Dómine, irás-citur furor tuus contra pópulum tuum, quem eduxísti de terra Ægýpti in fortitúdine magna et in manu robústa? Ne quæro dicant Ægýptii: Cállide edúxit eos, ut interfíceret in móntibus et deléret e terra: quiéscat ira tua, et esto placábilis super nequítia pópuli tui. Recordáre Arba-ham, Isaac et Israël, servórum tuórum, quibus iurásti per temetípsum, dicens: Multiplicábo semen vestrum sicut stellas coeli: et univérsam terram hanc, de qua locútus sum, dabo sémini vestro, et possidébitis eam semper. Placatúsque est Dómi-nus, ne fáceret malum, quod locútus

Skaitinys

Skaitinys iš Išėjimo knygos. (Iš 32, 7–14)

Anomis dienomis: Viešpats tarė Mozei: „Skubėk tuojau pat žemyn! Tavo tauta, kurią išvedei iš Egipto žemės, nedorai pasielgė. Jie suskubo pasukti iš kelio, kuriuo eiti buvau jiems įsakęs, nusiliejo sau veršį ir jam aukoja, sakydami: „Izraeli, šis yra tavo Dievas, kuris išvedė tave iš Egipto žemės!“ Viešpats kalbėjo Mozei: „Matau, kad ši tauta yra kietasprandė. Todėl dabar palik mane vieną, kad mano įniršis ant jų įsiliepsnotų ir juos sunaikinčiau, o iš tavęs padaryčiau didelę tautą.“ Bet Mozė maldavo Viešpatį, savo Dievą, ir sakė: „O Viešpatie, kam gi dega tavo įniršis ant tautos, kurią išvedei iš Egipto žemės didžia jėga ir galinga ranka? Kam gi egiptiečiai turėtų sakyti: „Pikto siekdamas jis išvedė juos, tik išžudyti juos kalnuose ir išnaikinti nuo žemės veido“? Atsigręžk nuo savo degančio įniršio, pasigailėk ir nesiųsk nelaimės savo tautai. Atsimink Abraomą, Izaoką ir Izraelį, savo tarnus, kaip tu jiems prisiekei pačiu savimi, sakydamas: „Padauginsiu jūsų palikuonis kaip dangaus žvaigždes ir visą šį kraštą, kurį pažadėjau, duosiu jūsų palikuonims, ir jie pavaldės jį amžinai.“ Viešpats pasigailėjo ir nesiuntė nelaimės, kuria buvo grasinęs

fúerat advérsus pópulum suum.

Graduale

Ps. 43, 26 et 2. Exsúrge, Dómine, fer opem nobis: et líbera nos propter nomen tuum. **V.** Deus, áuribus nostris audívimus: et patres nostri annuntiavérunt nobis opus, quod operátus es in diébus eórum et in diébus antíquis.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem. (Ioann. 7, 14–31)

In illo témpore: Iam die festo mediánte, ascendit Iesus in templum, et docébat. Et mirabántur Iudaei, dicétes: Quómodo hic lítteras scit, cum non didícerit? Respóndit eis Iesus et dixit: Mea doctrína non est mea, sed eius, qui misit me. Si quis volúerit voluntátem eius fácere, cognóscet de doctrína, utrum ex Deo sit, an ego a meípso loquar. Qui a semetípso lóquitur, glóriam próprium quærit. Qui autem quærit glóriam eius, qui misit eum, hic verax est, et iniustítia in illo non est. Nonne Móyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? quid me quaeritis interfícere? Respóndit turba, et dixit: Dæmónium habes: quis te quærit interfícere? Respóndit Iesus et dixit eis: Unum opus feci, et omnes mirámini. Proptérea Móyses dedit vobis circumcisiónem – non quia ex Móyse est, sed ex pátri-

savo tautai.

Gradualas

Ps 43, 26 ir 2. Pakilk, Viešpatie, padék mums ir išvaduok mus dėl savojo vardo. **V.** Dieve, mes girdejome savo ausimis; mūsų tėvai papasakojo apie tavo darbus, kuriuos padarei jų dienomis ir senovėje.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 7, 14–31)

Anuo metu: Šventei įpusėjus, Jėzus atėjo į šventyklą ir ėmė mokyti. Žydai stebėjosi ir sakė: „Iš kur jis išmano Raštą, visai nesimokęs?“ Jėzus jiems atsakė: „Mano mokslas ne mano, bet to, kuris yra mane siuntęs. Kas nori vykdyti jo valią, supras, ar tas mokslas iš Dievo, ar aš kalbu pats iš savo galvos. Kas iš savęs kalba, ieško savo garbės. O kuriam rūpi jo Siuntėjo šlovė, tas tiesiakalbis, ir nėra jame neteisybės. Argi Mozė jums nedavė Įstatymo? Deja, niekas iš jūsų Įstatymo nesilaiko. Kodėl gi norite mane nužudyti?“ Žmonės atsiliepė: „Ar velnias tave apsėdo?! Kas gi tyko tave nužudyti?“ Jėzus jiems atsakė: „Aš padariau tik vieną darbą, ir jūs visi nustebote. Mozė jums įsakė api-pjaustymą, – nors jis kilęs ne iš Mozės, bet iš protėvių, – ir jūs api-pjaustote šabo dieną. Jei galima

bus: – et in sábbato circumcíditis hóminem. Si circumcisiónem accipit homo in sábbato, ut non solvátur lex Móysi: mihi indignámini, quia totum hóminem sanum feci in sábbato? Nolíte iudicáre secúndum fáciem, sed iustum iudícium iudicáte. Dicébant ergo quidam ex Ierosólymis: Nonne hic est, quem quærunt interfícere ? Et ecce, palam lóquitur, et nihil ei dicunt. Numquid vere cognovérunt príncipes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus, unde sit: Christus autem, cum vénerit, nemo scit, unde sit. Clamábat ergo Iesus in templo docens, et dicens: Et me scitis et, unde sim, scitis, et a meípso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescítis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit. Quærébant ergo eum apprehéndere: et nemo misit in illum manus, quia nondum vénerat hora eius. De turba autem multi credidérunt in eum.

Offertorium

Ps. 39, 2, 3 et 4. Exspéctans exspéctávi Dóminum, et respéxit me: et exaudívit deprecationem meam: et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

Secreta

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delicta: et, ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi

žmogų apipjaustyti šabo dieną, kad nebūtų sulaužytas Mozės Įstatymas, tai kodėl pykstate ant manęs, kad aš visą žmogų pagydziau šabo dieną?! Tad neteiskite pagal išorę, bet žiūrėkite teisingumo.“ Kai kurie Jeruzalės gyventojai klausinėjo: „Ar tik ne šitą nori nužudyti? Štai jis viešai kalba, ir niekas jam nieko nesako. Gal vyresnybė įsitikino, jog jis Mesijas? Tačiau mes žinome, iš kur jis kilęs. O kai ateis Mesijas, niekas nežinos, iš kur jis.“ Tuomet Jėzus, mokydamas šventykloje, garsiai šaukė: „Išties jūs mane pažįstate ir žinote, iš kur aš kilęs. Ne pats nuo savęs atėjau, bet tiesiakalbis yra tas, kuris mane atsiuntė, o jūs jo nepažįstate. Aš jį pažįstu, nes iš jo esu atėjęs, ir jis yra mane siuntęs.“ Tuomet jie norėjo Jėzų suimti, bet nė vienas nepakėlė prieš jį rankos, nes dar nebuvo atėjusi jo valanda. Daugelis iš minios įtikėjo jį.

Ofertorijus

Ps 39, 2, 3 ir 4. Kantriai laukiau Viešpaties. Jis pasilenkė prie manęs ir išgirdo mano šauksmą. Man į lūpas įdėjo naują giesmę, šlovės mūsų Dievui giesmę.

Sekreta

Meldžiame Tave, Viešpatie, tenuvalo ši auka mūsų kaltes. Tapašvenčia ji mūsų, Tavo tarnų, kūną ir sielą,

córpóra mentésque sanctíficet. Per
Dominum nostrum...

Præfatio de Quadragesima

Vere dignum et iustum est, æquum
et salutáre, nos tibi semper et ubíque
grátias ágere: Dómine, sancte Pater
omnípotens æéterne Deus: Qui cor-
poráli ieiúnio vitia cómprimis, men-
tem élevas, virtútem largírís et præ-
mia: per Christum, Dóminum nost-
rum. Per quem maiestátem tuam
laudant Angeli, adórant Domina-
tiónes, tremunt Potestátes. Cæli cæ-
lorúmque Virtútes ac beáta Séra-
phim sócia exsultatióne concéle-
brant. Cum quibus et nostras voces
ut admítteri iúbeas, deprecámur, súp-
plici confessióne dicéntes: Sanctus.

Communio

Ps. 19, 6. Lætábimur in salutári tuo:
et in nómine Dómini, Dei nostri,
magnificábimur.

Postcommunio

Huius nos, Dómine, percéptio sacra-
ménti mundet a crímíne: et ad coe-
léstia regna perdúcat. Per Dominum
nostrum...

Oratio super populum

Humiliáte cápita vestra Deo.
Misérère, Dómine, pópulo tuo: et
contínuis tribulatió nibus laborán-
tem, propítius respiráre concéde. Per
Dominum nostrum...

kad galétume vertai ją atnašauti. Per
mūsų Viešpatį...

Gavėnios prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir
išganinga, kad mes Tau visuomet ir
visur dėkotume, Viešpatie, šventasis
Tėve, visagali amžinasis Dieve. Ku-
ris kūnišku pasninku ydas sutram-
dai, sielą pakylėji, tvirtybę ir dova-
nas dosniai dalini per Kristų mūsų
Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina
angelai, garbina viešpatystės, dreba
galybės. Dangūs ir dangiškosios ka-
riaunos, taip pat ir palaimintieji se-
rafimai vieningu džiūgavimu drauge
aukština. Prašome, liepk, kad į jų
tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su
nuolankiu išpažinimu tariantys:
Šventas.

Komunija

Ps 19, 6. Džiaugsimės tavo išga-
nymu ir didžiuosimės Viešpaties,
mūsų Dievo, vardu.

Postkomunija

Tenuvalo mus, Viešpatie, šis Sa-
kramentas nuo kalčių ir tenuveda į
dangaus karalystę. Per mūsų Vieš-
patį...

Oracija už žmones

Nusilenkite Dievui.
Pasigailėk, Viešpatie, savo tautos ir,
kenčiančiai nuolatinius vargus, ma-
loningai leisk atsigauti. Per mūsų
Viešpatį...

TREČIADIENIS PO IV GAVĖNIOS SEKMADIENIO

Ketvirtosios Gavėnios savaitės trečiadienis anksčiau buvo laikomas didelio išbandymo pradžia. Būtent tą dieną katechumenai, besiruošiantys priimti Krikštą Velyknaktį, laikydavo savotišką egzaminą. Šiandien per Mišių skaitinius ir Evangeliją išgirsime apie Šventosios Dvasios ir gyvojo vandens šaltinį, išpranašautą Ezechielio, apie Izaijo kvietimą dvasiškai apšvalyti, taip pat apie nuo gimimo aklo žmogaus išgydymą. Visa tai yra gausūs pranašiški ženklai ir Krikšto simboliai; jie mums primena dvasinį atsinaujinimą, kurį patiria priimančys Krikštą.

Introitus

Ezech. 36, 23–26. Dum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et munda-bímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

Ps. 33, 2. Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

Collecta

Deus, qui et iustis præmia meritórum et peccatóribus per ieiúniúm véniam præbes: miserére supplícibus tuis; ut reátus nostri conféssio indulgéntiam valeat percípere delictórum. Per Dominum nostrum...

Lectio

Lectio Ezechielis Prophetæ (Ezech. 36, 23–28)

Hæc dicit Dominus Deus: Sanctificabo nomen meum magnum, quod

Introitas

Ez 36, 23–26. Kai parodysiu savo šventumą jumyse, surinksiu jus iš visų kraštų, tyru vandeniū nuplausiu visas jūsų kaltes, ir būsite apvalyti nuo visų dėmių. Suteiksiu jums naują dvasią.

Ps 33, 2. Visuomet šlovinsiu Viešpatį; jo gyrius nuolatos bus mano lūpose.

Kolekta

Dieve, Tu teisiesiems atlygini už nuopelnus, o nusidėjėliams dovanoji kaltes. Pasigailėk Tave maldaujančių ir mums, išpažįstantiems savo nuodėmes, atleisk nusikaltimus. Per mūsų Viešpatį...

Skaitinys

Skaitinys iš pranašo Ezechielio knygos. (Ez 36, 23–28)

Taip kalba Viešpats Dievas: „Pašventinsiu savo didį, tautosė išnie-

pollutum est inter gentes, quod polluistis in medio earum: ut sciant gentes, quia ego Dominus, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et ab universis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri: et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: et faciam, ut in præceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum: dicit Dominus omnipotens.

Graduale

Ps. 33, 12 et 6. Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos. **V.** Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestræ non confundentur.

Collecta

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quos ieiunia votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta lætificet; ut terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per

kintą vardą, kurį jūs išniekinote jų akyse, – ir žinos tautos, kad aš esu Viešpats, – tai Viešpaties Dievo žodis, – kai per jus apreikšiu jų akyse savo šventumą. Atimsiu jus iš tautų, surinksiu jus iš visų kraštų ir parvesiu jus į jūsų žemę. Nuplausiu jus tyru vandeniu, bus nuvalyti visi jūsų nešvarumai, – visi jūsų stabai bus pašalinti. Duosiu jums naują širdį ir atnaujinsiu jus nauja dvasia. Išimsiu iš jūsų akmeninę širdį ir duosiu jums jautrią širdį. Duosiu jums savo dvasią ir padarysiu, kad gyventumėte pagal mano įstatus, laikytumėtės mano įsakų ir juos vykdytumėte. Tuomet jūs gyvensite krašte, kurį daviau jūsų protėviams, – jūs būsite mano tauta ir aš būsiu jūsų Dievas“, – sako visagalis Viešpats.

Gradualas

Ps 33, 12 ir 6. Ateikite, vaikeliai, klausykite manęs, mokysiu jus Viešpaties baimės. **V.** Prisiartinkite prie jo ir būsite apšviesti. Ir jūsų veidai nebus sugėdyti.

Kolekta

Meldžiame Tave, visagali Dieve, te džiugina mus, atgailaujančius, šventas tarnavimas Tau, kad, apmarinę žemiškuosius troškimus, galėtume lengvai atsiduoti dangiškiesiems.

Dominum nostrum...

Lectio

Lectio Isaiae Prophetae. (Is. 1, 16–19)

Hæc dicit Dóminus Deus: Lavámini, mundi estóte, auférte malum cogitatiónum vestrárum ab óculis meis: quiéscite ágere pervérse, díscite benefácere: quaerite iudícium, subveníte opprésso, iudicáte pupíllo, deféndite víduam. Et veníte et argúite me, dicit Dóminus: si fúerint peccáta vestra ut cóccinum, quasi nix dealbabúntur: et si fúerint rubra quasi vermículus, velut lana alba erunt. Si voluéritis et audiéritis me, bona terræ comedétis: dicit Dóminus omnípotens.

Graduale

Ps. 33, 12 et 6. Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi. **V.** Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et spírítu oris eius omnis virtus eórum.

Tractus

Ps. 102, 10. Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

Ps. 78, 8–9. **V.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos miseri-

Per mūsū Viešpatį...

Skaitinys

Skaitinys iš pranašo Izaijo knygos. (Iz 1, 16–19)

Taip kalba Viešpats Dievas: „Nusi-plaukite ir būkite švarūs! Pašalinkite savo darbų blogį man iš akių, liaukitės darę pikta, mokykitės gera daryti. Atsidėkite teisingumui, padėkite engiamajam, užstokite našlaitį, ginkite našlės bylą.“ Viešpats sako: „Eikit šen, drauge pasvarstykime: esate paraudę nuo nuodėmių, aš jus išbaltinsiu kaip sniegą. Nors jūs nuodėmės ir yra raudonos it kraujas, jos gali tapti baltos kaip vilna. Jeigu jūs dėsitės į širdį ir paklusite, valgysite krašto gėrybes“, – sako visagalis Viešpats.

Gradualas

Ps 32, 12 ir 6. Palaiminta giminė, kurios Dievas yra Viešpats. Palaiminta tauta, kurią jis pasirinko nuosavybe. **V.** Viešpaties žodžiu buvo padaryti dangūs, o jo burnos alsavimu – visos jo galybės.

Traktas

Ps 102, 10. Viešpatie, ne pagal nuodėmes, kurias mes padarėme, ne pagal mūsų nusizengimus atlygink mums.

Ps 78, 8–9. **V.** Viešpatie, neatsimink mūsų senųjų kaltybių, veikiai tepasitinka mus tavo gailestingumas, nes

córdiaē tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*) V. Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem. (Ioann. 9, 1–38)

In illo témpore: Prætériens Iesus vidit hóminem cæcum a nativitate: et interrogavérunt eum discípuli eius: Rabbi, quis peccávit, hic aut paréntes eius, ut cæcus nascerétur? Respóndit Iesus: Neque hic peccávit neque paréntes eius: sed ut manifesténtur ópera Dei in illo. Me opórtet operári ópera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operári. Quámđiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, éxspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linívit lutum super óculos eius, et dixit ei: Vade, lava in natatória Sílloe (quod interpretátur Missus). Abiit ergo, et lavit, et venit videns. Itaque vicíni, et qui víderant eum prius, quia mendícus erat, dicébant: Nonne hic est, qui sedébat et mendicábat? Alii dicébant: Quia hic est. Alii autem: Nequáquam, sed símilis est ei. Ille vero dicébat: Quia ego sum. Dicébant ergo ei: Quómodo apérti sunt tibi óculi? Respóndit: Ille

mes pasidarème be galo neturtingi. (*Čia priklaupijama.*) V. Padèk mums, Dieve, mūsų Gelbétojau, ir dël savojo vardo garbès, Viešpatie, išvaduok mus ir dovanok mūsų kaltybes dël savojo vardo.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 9, 1–38)

Anuo metu: Eidamas pro šali, Jėzus pamatė žmogų, aklą gimusį. Jo mokiniai paklausė: „Rabi, kas nusidėjo, – jis pats ar jo tėvai, – kad gimė neregys?“ Jėzus atsakė: „Nei jis nusidėjo, nei jo tėvai, bet jame turi apsireikšti Dievo darbai. Man reikia dirbti darbus to, kuris mane siuntė, kolei diena. Ateina naktis, kada niekas negali darbuotis. Kol esu pasaulyje, esu pasaulio šviesa!“ Tai taręs, jis spjovė žemėn, padarė purvo iš seilių, patepė juo neregio akis ir tarė jam: „Eik ir nusiplauk Siloamo tvenkinyje.“ (Išvertus „Siloamas“ reiškia: „Siųstasis“.) Tasai nuėjo, nusiplovė ir sugrižo regintis. Kaimynai ir kiti žmonės, kurie matydavo jį elgetaujantį, klausė: „Ar čia ne tas, kuris sėdėdavo elgetaudamas?“ Vieni sakė: „Tai jis.“ Kiti: „Visai ne, tik į jį panašus.“ O jis atsakė: „Taip, tai aš.“ Tada jie klausė jį: „O kaipgi atsivėrė tau akys?“ Jis išpasakojo: „Žmogus, vardu Jėzus, padarė purvo, patepė

homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, et unxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, et lava. Et abiit, et lavi, et video. Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad pharisaeos, qui caecus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisaei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, et lavi, et video. Dicebant ergo ex phisaeis quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est. Non crediderunt ergo Iudaei de illo, quia caecus fuisset et vidisset, donec vocaverunt parentes eius, qui viderat: et interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia caecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt ei parentes eius, et dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, et quia caecus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate, aetatem habet, ipse de se loquatur. Haec dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudaeos:

juo mano akis ir pasakė: „Eik į Siloamą nusiprausti.“ Aš nuėjau, nusiprausiau ir praregėjau.“ Jie vėl klausė: „Kur jisai?“ Šis atsakė: „Nežinau.“ Tuomet jie nusivedė buvusį neregį pas fariziejus. O toji diena, kai Jėzus padarė purvo ir atvėrė akis, buvo šabas. Fariziejai ėmė jį iš naujo kamantinėti, kaip jis praregėjęs. Jis paaiškino: „Jis patepė man akis purvu, aš nusiprausiau, ir dabar regiu.“ Kai kurie fariziejai kalbėjo: „Tas žmogus ne iš Dievo, nes nesilaiko šabo.“ O kiti sakė priešingai: „Kaip galėtų nusidėjėlis daryti tokius ženklus?!“ Ir jų nuomonės nesutarė. Tuomet jie ir vėl klausia buvusį neregį: „O ką tu manai apie vyrą, atvėrusį tau akis?“ Šis atsakė: „Jis pranašas.“ Žydai nenorėjo tikėti, kad jis tikrai buvęs aklas ir praregėjęs. Jie liepė pašaukti praregėjusiojo gimdytojus ir ėmė juos tardyti: „Ar šitas jūsų sūnus, kurį sakote gimus aklą? Tai kaip jis dabar regiu?“ Jo tėvai atsakė: „Mes žinome, kad jis mūsų sūnus ir kad jis yra gimęs aklas. O kaip jis praregėjo, mes nežinome, nei kas jam atvėrė akis, nežinome. Klauskite jį patį, jis suaugęs ir pats tegu kalba už save.“ Tėvai šitaip pasakė, bijodami žydų. Mat žydai buvo nutarę, jog kas tik išpažintų Jėzų esant Mesiją, turėtų būti išmestas iš sinagogos. Todėl jo tėvai pasakė:

